



Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiæ. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

Breues quædam notæ pro instructione Pastorum, quo rectè munus suu[m]
obeant in admisitratione Sacramentorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

BREVES QVAEDAM
NOTAE PRO INSTRVCTIONE
Pastorum, quò rectè munus suum
obeant in administratione
Sacramentorum.

I



VM in administratione Sacramen-
torum Pastoris officium magna ex
parte versetur, nihil illi prius esse de-
bet, quām vt, quæ ad eorum natu-
ram, causas, effecta, ritusq; pertinent,
cum ex alijs scriptoribus Catholi-
cis, tum ex Catechismo Romano,

I. Corin. 4.
Quæ Paro-
chus de Sa-
cramentis
scire de-
beat.

quem omnes habere debēt, accuratè percipiat, & com-
misso sibi gregi diligenter explicet, vt harum rerum co-
gnitione plebs talis euadat, cui dignè & salutariter diui-
na sacramenta conferri possint.

Catechi-
smus Ro-
manus o-
mnibus Pa-
storibus
habendus.

II. In conficiēdis, & administrandis sacramentis Ma-
teriæ, Formæ & Intentionis præcipua est habenda ra-
tio, quod horum aliquo sublato essentia sacramenti
constare non possit.

Sacramen-
torum es-
sēntia in
quibus pe-
sita.

III. Materia & Forma sacramentorum dicuntur res &
verba ex quibus sacramenta componuntur. Accedite-
nim (ait Diuus Augustinus super Ioannem tractatu 80.)
verbum ad elementum, & fit sacramentum. Intentio in
eoposita est, vt minister sacramentum confecturus &

Materia &
forma in
Sacrament.
quid.

Intentio in
quo sita.
Concil. Trid.
ses 7. cap.

A colla-

Instructio de S. Baptismi.

collaturus, id facere proponat & intendat, quod Ecclesia facit.

Cæremo-
niae sacra-
mentorum

Ministri
sacramen-
torū quales
esse debe-
ant.

De Sacer-
dotibus
malis quid
sciatēdum.

Minister
sacram. p.
m. sibi con-
scius quid
agere de-
beat.

Quibus ab
omni sa-
crament.
admini-
stratione
abstinen-
dum.

Ministro-
rum in sa-
cramento-
ri admini-
stratione

habitus.
Parochi cū
fac. exhi-
bet mini-
ster.

IV. Ritus, seu cæmoniæ, tametsi ad sacramentorum substantiam non pertineant: tamen extra necessitatis casum sine sacrilegio omitti, aut mutari non possunt.

V. Sacramentorū confectio & collatio præter conscientiæ puritatē singularem, morum quoq; grauitatem in ministro requirit. Non quod mali Sacerdotes diuina hæc ministeria verè non confiant, aut minus utilitatis fidelibus eadem tribuendo impertiant; sed quod sancta non sanctè tractādo exitium sibi accersant, ipsumq; ministerium, & sacramenta sua vel irreuerentia, & leuitate, vel vitæ turpitudinē in contemptum adducant.

VI. Qui igitur mortiferi peccati sibi sunt consciij, antequam munus suum obeant, confessionem sacramentalē præmittant, si confessarium conueniendi sit facultas, quæ si desit, cum intimo cordis dolore peccata sua detestentur, firmumque propositum animo concipient prima oportunitate confitendi.

VII. Excommunicati, suspensi, aut aliâ quauis censurâ Ecclesiæ constricti etiam atque etiam caueant, ne sacramentorum exhibitioni se ingerant.

VIII. Sacramentum aliquod collatus Sacerdos tonsura sacra sit insignitus, & superpelliceo lineo, nec non stola seu orario sit ornatus.

IX. Sacerdoti semper adsit, si fieri potest, clericus pius & honestus, qui superpelliceo vestitus sacramēta porrigit

genti

Instructio de S. Baptismi.

3

genti ministret, vicesq; Ecclesię respondendo suppleat.

X. Quin & in loco sacro vt conferantur, præter dignitatē eorum sanctiones Ecclesię requirunt: nisi diuersum exigat necessitas, aut superiorum permittat auctoritas.

XI. Olea sacra, quibus Catechumeni, & infirmi inunguntur, singulis annis noua in coena Domini procurentur, quibus habitis vetera comburantur.

XII. Quæ quidem olea, si ob frequentem eorum usum ante præstitutum nouis comparandis tempus defecitura timentur, tum olei oliuarum infusione, & permissione instaurabuntur.

XIII. Et quia sacramentorum ea est præstantia, nullo ut precio estimari possint, caueant diligenter Pastores, ne in ijs conferendis de precio paciscantur, nisi foeda Simoniae labore conscientiam maculare velint.

XIV. Nichil tamen vetat, quò minus ea, quæ vel sponte & liberaliter à fidelibus offeruntur, accipiant, vel quæ ex recepta & laudabili consuetudine debentur, peracto ministerio modestè exigant.

XV. In sacramentis administrandis ab Ecclesiæ Catholicæ recepto more, & præscripto sibi in hac Agenda modo nunquam recedent.

XVI. Quod vt promptè præstare possint, diligenter documenta singulis sacramentis præfixa, & rubricas ynius cuiusque porrigiendi modo insertas, cùm aliâs frequenter, tum præcipue, quando iam nunc actionem aggressi sunt, perlegant, animoq; infigant.

Locus in quo sacramenta administranda.

De oleis sacris annuatim in noua dis.

Olea sacra quomodo innova la. Statuta Si- fridi cap. 4. pag. 38.

Sacramen- ta cum pre- tio nō con- ferenda.

D/ his quæ liberaliter & ex more offeruntur. Stat. Sifrid. cap. 6. pag. 39.

Q'uo ritu sacramēta exhibenda.

Note & ru- brice ante exhibicio- nem le- gende.

A 2

DE